



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Transsumpt Römischer Kay. May. vnsers aller gnedigsten  
herren Schütz vnnd Schirmbrief zu handthabung vnser  
alter wahrer Christlicher vnd Catholischer Religion dem  
hohen Thumbstifft/ sambt algemeiner ...**

**Karl <V., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>**

**[Köln], [1545]**

**VD16 D 1128**

In Nomine Domini Amen. Officialis Cvriae Coloniensis, Ivdex ordinarius,  
uniuersis & singulis præsentes literas, siue præsens publicum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35063**



# N NOMINE DOMINI AMEN. OFFICIA-

LIS CVRIAE COLONIENSIS, IV-  
dex ordinarius, uniuersis & singulis praesentes li-  
teras, sive praesens publicum transumpti instru-  
mentum uisuris, inspecturis, seu legi audituris, sa-  
lutem in domino cum infra scriptorum ueritatis no-  
titia. Noueritis quod anno domini, die, hora, &  
loco infra scriptis, comparuerunt coram nobis pro-  
uidi uiri magistri Petrus de Coesfeldia in Curia  
nostra causarum, ac Reuerendorum, uenerabilitum & illustrium dominorum Decani & Capti-  
tuli Ecclesie Metropolitanae Colonensis, necnon Henricus de Vulfshusen almæ  
Universitatis studij Colonensis Pedellius iuratus, ac Reuerendorum, uenerabilitum  
& honorabilium dominorum Abbatum, Monasteriorum, ac omnium & singulo-  
rum Decanorum & Capitulorum Ecclesiarum Collegiatarum & piorum locorum,  
totiusq; primarij & secundarij Cleri, necnon etiam spectabilis & magnifici, ac  
eximiorum, doctissimorumq; uirorum dominorum Rectoris & almae Universitatis  
studij Colonensis respectiue (uti comperimus) Syndici sive procuratores, eoque no-  
mine Syndicatorio sive procuratorio quasdam patentes literas serenissimi & in-  
uictissimi principis & domini, domini Caroli, Romanorum Imperatoris semper  
Augusti, ac Hispaniarum Regis Catholici, &c. pergamenas, eius sigillo magno  
rotundo de cera rubea, cera glauca coloris circundata in filis sericis nigri glauci q; co-  
loris supimpidente sigillatas, in vulgari Alemanico scriptas, sanas quidem & in-  
tegras, non uitiatas, non cancellatas, neque in aliqua carundem parte suspectas, sed  
omni prorsus uitio & suspitione, ut apparuit, carentes, coram nobis ad transsumen-  
dum infra scripto sub tenore exhibuerunt. Et super carundem literarum Imperialium  
sigilli recognitione nonnullos testes fide dignos produxerunt, quibus per nos ad eo-  
rundem Syndicorum sive procuratorum petitionem & instantiam compulsi, iu-  
ratis & examinatis, ac sigillo praedicto per eosdem testes sufficienter agnito & re-  
cognito. Nos Officialis antedictus ad ulteriorem praedictorum magistrorum Pe-  
tri de Coesfeldia & Henrici de Vulfshusen Syndicorum sive procuratorum pe-  
titionem agnita pro agnitis, & recognita pro recognitis, habuimus & haberi debe-  
re decreuimus, necnon praedictas Imperiales literas quas per diligentem inspec-  
tionem in earum sigillo, charta & scripture sanas, integras & illas esse conspexi-  
mus, ac non uitiatas, non cancellatas, neque in aliqua carundem parte suspectas,  
sed omni prorsus uitio & suspitione carentes, per discretum Crathonem à Ley-  
ten de Vuetter, Notarium publicum, & Curiae nostræ Sententiarium infra scri-  
ptum transumi & exemplari, atque in publicam transumpti formam redigi manda-  
uimus. Volentes & auctoritate nostra ordinaria decernentes, quod presenti no-  
stro

stro transsumpto publico de cætero & in ante ubicunque locorum in iudicio & ex  
tra stetur, illiq; detur & adhibeat talis & tanta fides, qualis & quanta dictis  
originalibus literis Imperialibus inferius insertis, & cum præsenti transsum-  
pto diligenter auscultatis & collationatis data fuit & adhibita,  
seu daretur & adhiberetur, si in medium exhiberentur,  
seu exhibita fuissent & ostensæ. Tenor uero  
carundem literarum Imperialium de  
uerbo ad uerbum sequitur,  
& est ta-  
lis.

Wir Karl